

## VERSUS 31.

*Celum et terra transibunt; verba autem mea non transibunt.*

**1.** — Quoniam modo mundus defecturus sit, Cetanus nobis hisce verbis declarat : « Non secundum dum substantiam, sed celum a statu motu quem nunc habet et terra a statu generationis, quo nunc profert vegetabilia. »

**2.** — S. Bonaventura super hæc verba sribens, salutare nobis monitum tradit, dicens : « Qui vult eternaliter manere, oportet quod transitioris non immoretur, sed potius desidero transitioris per divina verba transeal ab eterna. » Elegimus præter Deum nihil est, quod non deficit, et ideo si mundo innatatur, valde decipimur, quia tandem deficit. *Qui appendit terram super nihilum*, Job, xxvi, 7; ecce qualis basi fundamenta ejus innatantur? Cosas pariter Deum defecturos esse pronuntiati, si celum beatorum, propter quod velut finem creatus sumus, excipias, de hoc enim dicitur, Matt., xxv, 34: *Possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi*. Haymo dicit : « Nihil in rebus visibilibus cœlo et terra durabilis, nihil in rebus humanis velocius quam verba transibunt; quia nec perfici nisi transcedendo possunt. Cum ergo Dominus dicit : « Celum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt, ostendit, quia quæ apud nos fixa videntur, apud illum transitioria sunt, et que apud nos transitioria videntur, in ejus verbis firma et stabilita sunt, quia firmas et permanentes sententias firmat ejus sermo, dico transit. » Porro ex Calcedoni Petri pronunciata et dictata veritas haec est : *Omnis caro, fenum, et omnis gloria ejus tanquam flos feni, exaruit fenum et flos ejus decidit, verbum autem Domini manet in eternum; hoc est autem verbum, quod evangelizatum est in vos*. I Pet., i, 24, 25.

## Additiones.

**a.** — *Celum et terra transibunt*, etc. Summa Creatoris providentia fuit, quod bonis hijs mundi esse quoddam habile, transitiorum et volubile impertitus fuerit, ut cor hominis tanto magis bonis supernis intentum esset, utpote quae stabilita sunt et permanentia: *Mundus autem transit et conceperient ejus*, ut S. Joannes inquit, et ut S. Paulus ait : *Præter figura hijs mundi*. Ac si aptere diceret ut scribit S. Anselmus : « Nolite constanter mundum diligere, quando ipse non potest, quem diligitis stare. Incussum con quasi manentes figitis, dom fugit ipse quem amatis. Mundus transit quo universa clauduntur, immo figura et conversatio haec mundi quasi nubes præterit. » Dionysius Carthaginianus, in opere de arcta via salutis, hanc quoque bonorum temporalium velocem voluntatem con-

siderans ait : « In hoc innotescit vanitas mundi, quod prosperitas et letitia ejus cum ingenti avitate expectatur; et cum venerit teneri non potest, sed transcut omnia et evolant. »

**b.** — Philo Hebrewus Deum incommutabilem esse probare volens, de rerum humanarum mutabilitate in hæc verba discurrens incepit : « Nihil est in humis rebus ac negotiis, præter umbras, auramque levissimam sine mora prætervolantem. » Unde lascivi illi, qui laxatis habentis voluntatibus operam dederunt, lamentantur dicentes : *Quid nobis profuit superbia, aut divitiarum jactantia quid contutit nobis?* Transierunt omnia illa tanquam umbra. Sap., v, 9.

**c.** — Licit tamen hominibus bona hujus mundi amare, sed ea lege, ut illa Deo non anteponamus, qui illa creavit; sed ut per ea in notitiam Dei venientes, ilium amemus. Unde S. Augustinus in Epistola ad Illyricum ait : « Potest anima rationis nalis etiam temporali corporali felicitate bene ut, si non se dederit creature, Creatori neglecto, sed eam potius felicitatem fecerit servire Creatori, qui ipsam suæ bonitatis abundantissima largitatem donavit. Sicut enim bona sunt omnia, que creavit Deus, ab ipsa rationali creatura usque ad infimum corpus; ita bene agit in his anima rationalis, si ordinem servet, et distinguendo, eligendo, pendendo, subdat minora majoribus, corporalia spiritualibus, inferiora superioribus temporalia semper pieternis, ne superiorum neglectu et appetitu (quoniam hinc fit ipsa deterior) et se inferiorum et corpus suum mittat in peius, sed potius ordinata charitate, se et corpus suum convertiat in melius. »

**d.** — Deus ipse qui prima et infallibilis veritas est, in hæc se verba semel declaravit : *Celum et terra transibunt, verba autem mea non præteribunt*. Haec quoque verborum surorum infallibilitate supposita, unicunque qui se salvari et in eternæ predestinationis liberum inscribi desiderat, quid sibi ad hunc effectum consequentiam factu opus sit, ore proprio expressit dicens : *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata*. Ad proponit unusquisque nostrum, qui pro sua salute sollicitus est, ad ultimum usque vita spiritum mandata Dei et Ecclesie diligenter observet; sic enim securus de salute sua erit, nec habebit quidquam quod ab ipso timeri possit.

**e.** Quando in die Judicii, omnes destruentur facultates, siquidem, *Celum et terra transibunt*, cunctæ domus desolabuntur, comburentur omnes vineæ et sylvae, decipietque quidquid in terra possedimus. Judeus supremus in conspectu totius naturæ tam humane quam angelica, reserabit, et in conspectu omnium in medium adducet spectandam illam vestem, seu chlamydem, quam huic vel illi pauperi dedisti, spectandum exhibebit illud integrum panis frustulum, lictet jam a mendico masticatum et

## DOMINICA II ADVENTUS

23

devoratum. Unde merito Ecclesiasticus xxxi, 11, de *Domino, et elemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia* homine justo ait : *Stabilita sunt bona illius in sanctorum*.

## DOMINICA SECUNDA ADVENTUS

EVANGELIUM MATTHEI, CAP. XI, VERS. 2

2. Joannes cum audisset in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi :
3. Tu es qui venturus es, an alium expectamus ?
4. Et respondens Jesus, ait illis : Euntes renuntiate Joanni, quæ audistis, et vidistis.
5. Caeci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgent, pauperes evangeliabantur.
6. Et beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me.
7. Illis autem abeuntibus, cepit Jesus dicere ad turbas de Joanne : Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam?
8. Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in dominibus Regum sunt.
9. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, et plus quam Prophetam.
10. Hic est enim, de quo scriptum est : Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit viam tuam ante te.

## VERSUS 2.

*Joannes cum audisset in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi.*

*Joannes cum audisset.*

1. — Scendum est, quod S. Lucas, cap. vii, stylum historie et tempus, quo singula queque, quæ in Evangelio narrantur acciderunt, prosequens, singularium quorundam a Christo patratorum miraculorum notitiam nobis communiat, qualia erant mundatio leprosi, servi Centurionis sanatio, resurrectio filii vidue Nainitice, etc. Tandem vero, cum per horum prodigiorum famam populum ad stuporem commovisset, qui propterea ei gloriosam hanc acclamationem fecit : *Propheta magnus surrexit in nobis, et quia Deus visitabit plebem suam*; jamque haec eadem fama ad aures pervenisset S. Joannis, ob Herodem reprehensum in carcere vincti, idem sanctissimus Praeluctor, ut discipulos suos cum potius, quam Christum Messiam esse existimantes, ab hoc errore eximeret : *Exiit hic sermo per universam Iudeam*, inquit S. Lucas, vii, 17, *de eo, et in omnem circa regionem, et nuntiaverunt Joanni discipuli ejus*, optimam id faciendo occasionem habere praesentie, eosdem ad Christum alegavit, eo vel maxime, quia illos nimia erga se passione affectos moveri, Christo autem invidere videbat, eo quod majoren populum Christo quam Joanni Baptista, cuius ipsi
2. — Joannes quia Herodem hisce verbis corripuerat : *Non licet tibi habere uxorem fratris tui*, carceris vinculis irretitis jacchatur. Porro Seneca de Magnatibus ait : « Monstrabo tibi, cuius rei inopia labore etiam magna fastigia, quid omnia possidentibus desit, scilicet illi qui verum dicat. » Quia tamen hoc non obstante Baptista illi, qui in causa sui fato universam Judeam scandalizabat, et inficiebat, veritatem libere dixerat, ecce tibi remuneracionem, quam inde innocens reportat. Porro adulatores ad Principem curias liberum editum habent, libenterque audiuntur, et placent. Evangelii autem predicatorum non item : illi beneficia cumulantur, hi vero pessima exagitantur. Enimvero Joannis quidem corpus vinculis adstrictum erat, non vero item animus, siquidem vera filiorum Dei libertate gandebat, ubi spiritus Domini, ibi libertas, II Cor., iii, 17, animoquo suo generoso et intrepido, et heroica virtute qua sacrilegum illum Regem reprehenderet non dubitabat, verisimum esse ostendit, quod S. Paulus postea scripsit, II Tim., ii, 9-10 : *Secundum Evangelium meum, in quo labore usque ad*

*vincula, sed verbum Dei non est alligatum, ideo omnia sustineo.*

**3.** — Ecce tibi autem evidens argumentum, unde perspicue colligere possis, quod persecutions et immissae adversitates, non semper culparum sint praecedentia penae, cum Joannes in vinculis degere consipicatur licet ab ultero materna innocens semper remanserit. Imo Dionysius Carthusianus in cap. xiv. *Math.*, ulterius considerat, quod S. Joannes ex parte matris sua proximus Christi consanguineus, et precursor ipsius fuerit, illumine baptizari, immo tanta fuerit sanctitatem conspicuus ut Christus neminem inter natos mulierum ipsa in sanctitate maiorem fuisse, aperte declararit, et tamen Deus promiserit, ut idem illi per adulteriam eujusdam suggestionem incarceraretur, eique in levibus eujusdam tripudii premium; sanctissimum amputaret caput; ex quibus denum premissis verissimam hanc deducit consequentiam: « Nemo ergo servorum Christi murmurare, multe tribulationes justorum. » Chrysostomus quoque idipsum considerans, non tandem consolacionem Deum hanc innocentio Joanni eradeam inferri necem permisit dicit: « ut et justus ille fulgentes coronas consecraretur, et qui postea injuriam passuri essent, « hoc exemplo corroborati, aquiori animo cuncta « perferrent. »

**4.** — Chrysologus, *Serm. ccxxv*, in horum vincularum laudem ita scribit: « Qui vincula solverat peccatorum, peccatorum vincula alligatur, » quibus verbis alludebat ad baptismum, a Joanne in deserto collatum et praedicatum, qui ad veniam et remissionem peccatorum obtinendam, pravia dispositio era; qui igitur peccatorum catenas in aliis solvebat peccatorum et criminum alienorum catenas et compeditus innectebatur: Hisce tamen vinculis congrue verba illa S. Cypriani, lib. III, *Ep. xxv*, adaptari possunt, dicens: « Ornamenta sunt ista, non vincula: nec Christianorum pedes, « ad infamiam copulant, sed clarificant ad cornam. »

**5.** — David impios in hac vita exaltari, sanctos vero deprimi videns, in periculo fuit adversus Divinam providentiam tantisper indignandi et mormurandi, ait enim: *Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei: zelavi super iniquos, pacem peccatorum videntes.* Ps. lxxii, 2, 3. Herodes omnesque dominus ejus familiares saltabant, criminosaque et infami cum licentia et liberate tripudiant, cum e contra S. Joannes squaldo clanderetur in carcere. Dionysius Carthusianus, *Serm. de S. Pet. ad Vinc.*, ait: « Sant vincula preceptorum, quibus rebellis ligari nolunt, et a vitia retrahunt; » in cuius probationem, illum Psalmi n. 3, textum adducit: *Dirumpamus vincula eorum, et projiciamus a nobis jugum ipsum.* Haec autem vincula, ab Herode et Herodiade, insolenter fuere disrupta; et ideo ipsi,

non vero Baptista, compedes carceris merchantur atque catenas; et tamen ecce mirabiles divine infallibili providentiae periodos, quibus ordo hic tota-lier invertitur et contrarium fieri videtur. Unde Chrysologus ait, *Serm. ccxxxviii*: « Herodes tu adulterium facis, et in carcere vadit Joannes, ubi « Deus? ubi homo? ubi fas? ubi lex? » Optima vero omnibusque quod hoc satisfaciens responso est, illa Cesari Arelatensis de *Decal.* « Si quem forte « movet, tanta excellentia prophetam, imo plusquam prophetam tam viliter occisum, recognitet « ipsum prophetarum Dominum Calvarie inter la-trones crucifixum. »

**6.** — Es iisdem quoque verbis veritatem quamdam, practicam deducere possumus, nimurum quod, dum in summo adversitatem, Dei amore toleratum, apice constituti sumus, celestia dona et gratia abundantiam participemus, siquidem de Joanne dicitur: *Cum audisset in vinculis opera Christi. Ezechiel, i, 3, inter durissime illum servitum catenas et compedes revolutionibus, visionibusque celestibus copiose gavisus fuit: Cum esset in medio captivorum, justus fluvium Chobar, aperti sunt calci, et vidi visiones Dei. Joseph similiter ex carcere et vinculis, ad somnum Pharaonici interpretationem expoundens rapitur. Daniel leguminibus famem a se vir depellere poterat, et tamen habitum a Nabuchodonosore somnium ei revelatum fuit, Job. xlii, 5, de semetipso factur, quod in sterquilino sedens suis in Deum vivaciter defixos habuerit oculis mentis: Auditus auris audie te, nunc autem oculus meus videt te.* Ubi S. Gregorius ait: « Interno enim oculo vertatis lumen magis conspexerat. » Denique Hieronymiani lugis carcera obscuritati, hisceque Baptista vinculis, universus Christianismus per omnia saecula in accepis revere, et grata mente attribuire debet, quidquid de Dei Filio, de Messia, adventu, de Salvatoris mundi doctrina unquam luminis accepit, hinc enim praecepit illi ab eo manifestata divinitatis Christi notitia emicuit. *Hic venit in testimonium, ut testimonium perhibetur de lumine, ut omnes credentes per illum.* Joan., i, 7. Unde, *Lib. de Joseph*, c. v, S. Ambrosius ait: « Non turbentur innocentes, cum falsis « criminibus appetuntur, visitat Deus et in carcere, « suos. »

#### Mittens duos.

**7.** — Cum in carcere catenis vincitus, ad Christum in propria persona adire non posset, discipulos suos ad eum mittere compellebatur.

**8.** — « Duos misit ad socialis vita commendationem, » inquit Dionysius Carthusianus: Eadem quoque ratio a Salmerone tangitur, dum id factum fuisse dicit, ob decentiam. S. Lucas, x, 1, de duobus discipulis tractans dicit: *Misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem et locum.* Et ideo maxime

laudandus religiosorum usus etiamnum obtinet, quod associati semper egrediantur.

**9.** — Albertus Magnus ait: « Ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum, etiam apud alios dubitantes; de discipulis suis forte magis « censantibus, ut illis certificata etiam alii certificarentur. » Ejusdem quoque sententia fuit Carthusianus, dum ait: « Deus misit ad idoneam testimoniacionem. »

**10.** — Chrysostomus, *Hom. xxxvii*, in *Math.*, Joannem a discipulis suis elegisse existimat, quos ad credendum Christi divinitatem vel maxime dispositos esse cognoscet: « Non omnes, sed duos, « quoq; forsan faciliores ad credendum ceteris putabant, et qui simpliciter absque suspicione interrogare possent. » Euthymius duos illos intercessores, prudentiores sapientioresque fuisse existimat: « Electis duobus qui prudentiores essent. » Lucas Brugensis ait: « Eos verisimile est eum miscere, qui cum essent indolis optimae, exactius « sincerusque referrent, quod oportebat. »

**11.** — Ambrosius, in *Luc.*, sensum concepsit allegoricum, in duobus illis discipulis duos populos agnovit: *Isti discipuli sunt duo populi, quorum unus ex Iudeis creditur, alter ex gentibus, qui ideo creditur, quia audiuit.*

#### De discipulis suis.

**12.** — Lucas Brugensis notat, quod intimi hi Baptiste discipuli Christo contrari fuerint, eo quod numerum ad Magistrum ipsum concurrentium minimi, eorum vero, qui Christum sectabantur, mira adaugeri viderent: « Quis alieniores erant a Christo plerique Joannis discipuli, pro magistro suo contra Christum amulantes, Joan., iii, 26, atque ita ab eo pendentes, ut majora de ipso, quam de Christo sentirent. *Math.*, ix, 14, licet aliud eos doceret Joannes, Joan., iii, 28, que res impedihebat « ac viam intercludebat, ne in Christum credent. » Joannes igitur et veneno medicinam conficerre novit, siquidem livorem, invidiam, et aemulationem, qua Christum aversabantur, in ipsum beneficium et utilitatem retorsit, eos, ad se de Christi divinitate certificando et informando mittendo, efficiendoque ut ejus deinceps fierent sequaces. Quo facto egregie nos docuit, veris Dei servis solam Dei, non vero propriam gloriam querendam et zelandam esse, etiam cum proprie estimatione prejudicio: *Illum oportet crescere, me vero minui.* Prope Praecursor cognoscet, quam de se discipuli ejus opinionem haberent, maxime post solemnum illum ab Hierosolymis destinatam legationem, in qua Messiae dignitas ei offerebatur, ideo hanc opinionem eis magnopere prejudicare posse timens, ut Filium Dei melius agnoscerent, merito motus est, ut pro hac notitia acquirenda ad Christum eos mittet. Basilius Seleucus, *Orat. 34*, ait: « Ne pertinaci quodam

« honoris studio, et veteris Magistri desiderio, de serio Christo, » etc., quasi diceret: magnopere timebat, ne post mortem ejus, venerationis ei attributa memoriam retinente, de vero autem Messiae quicquam luminis habentes, populum, ad credendum ipsum suisse Messiam, inducerent, atque ideo ab hoc errore eximere voluit.

**13.** — Chrysostomus, a S. Thoma in *Catena citatus*, prudentiam Baptiste observat, qua ad insinuandum eis veri Messiae notitiam, et ut ipsos vero Christi discipulos efficeret, usus fuit: « Si dixisset, « abite ad ipsum, quia melior me est, non utique « persuasisset, sed estimaret humilia de se sentientes hoc dicere, et sic magis essent ei affliti. « Quid igitur facit? expectat ab eis audire, quod Christus mirifica facit: neque omnes misit, sed « duos quosdam, quos noverat fortassis, alii persuasibiliores existentes, ut insuscipitabilis interrogatio fieret, et ex rebus ipsis discerent distinxant, inter eum et Jesum. »

**14.** — Credibile est, discipulos illos vera Magistri sui indebitos fuisse, ut pectora essent adeo generosamente prediti, ut ad imitationem Magistri sui, pro veritatis defensione, malis sese fortis et intrepido anima opponerent; cum enim de Christi discipulis constet, quod Magistrum suum vinculum irrestitutum et captum videntes, omnes relictos fugerent, hi e contra, tametsi Precursum Regis et Reginae indignatione positum esse scirent, ipsum tamen numerum quanquam deseruerunt, immo obedientissimi et obsequiosissimi semper erga illum permaneserunt, etiam post mortem, quando corpus eius in facie Herodis sepulture honestissime mandarunt.

**15.** — Chrysostomus, *Hom. in Math.*, a *Glossa citatus*, hanc adducit similitudinem: « Sicut pater, « si videtur filios bonis moribus ornatos, et omni sapientia perfectos, quasi securi moritur, nihil de cetero timens de illis: sic et Joannes volebat « discipulos perfectos videre in Christo, ut jacundius moreretur. »

**16.** — Sanctus Gregorius quoque suum, quem predicatione sua multo tempore paverat, securisimam esse voluit, ut tandem ad pascha producerent eternam, ideoque illos supremo Pastori consignandos esse duxit: « Videntis mortem suam proximam, » inquit S. Anselmus, « voluit discipulos suos Christo adjungere, antequam discederet: « Percutiam pastorem, et disperserent oves. » Decollatio ipsius pro fortibus aderat, ideoque prius executioni mandare voluit, quod postea Redemptor noster discipulis suis presulit, dum illorum securitatem peroptime prospexit: *Si me queritis, sine hoc abiare.*

#### Ait illi.

**17.** — Quaeri hoc loco potest, quomodo S. Matthias dicere possit, quod Joannes si ille, qui dixit:

*Ait illi;* non enim dieit *Atum*, in persona discipulorum, sed *Ati*, in persona Præcursoris, cum tamen certum sit, quod *Joannes in vinculis constitutus*, prouid a Christo absens fuerit? Responderi potest, tritam esse regulam: « Qui per alium facit, per seipsum facere videtur. » Insuper considerandum est, *S. Joannem interrogationem hanc suo nomine faciendam illis imposuisse: « Quasi discipulus suis diceret,* » inquit *S. Anselmus*, « si vos dubitatis *« illum fuisse Messiam, cui testimonium perhibui, ite ad eum, et quærite sub nomine meo;* » adeoque *S. Joannes* per eos discipulorum suorum loquebatur.

**18.** — Considerandum est etiam, quod *S. Joannes* inter compedes et catenas constitutus, mortique pro veritatis defensione, Deinde honore subeundem vicinus, discipulos ad Christum, prodigiosa et miraculosa patrarent, non eo fine miserit, ut is se pro ipso interponeret mediatorem, vel ut innocentiam ejus justificaret, aut a ferreis catenis, quibus vincitus tenebaret, liberaret, sed per haec interrogationem nihil aliud intenderet, quam ut ignoranter tenebris a discipulorum suorum mentibus depulsis, ipsi verum Messiam agnosceret, eosque in viam salutis dirigere, mundumque in agnitione Filii Dei eruditus posset. Unde *S. Ambrosius* ait, *Serm. i de S. Joanne*: « Mirari non debemus, quod ab Herode missus in carcere, clausus Christum<sup>suis</sup> discipulis induit, maret, cum etiam clausus in utero eumdem Dominum gestibus praedicaret. »

**19.** — Nonnulli quoque contemplati hoc loco meditantur, quod cum *S. Joannes* morti proximus esset, suam in Christum fidem manifestare voluerit, ad eruditendum hoc facta cunctos fideles, quod eodem maxime tempore facienda sit fidei nostrae professio, quo morti vicini existunt.

#### Additiones.

**a.** — *Cum undisset Joannes in vinculis opera Christi.* Introduxit hic *Joannes* in carcere, inter vincula in vili loco detentus, in quo veluti propriæ opinions apud vulgus oblitus, discipulos mittit ad Christum, ut ejus vera luce ac intelligentia illuminantur. Ut inde agnoscas, quam falsum, ac a vero alienum sit iniquorum dogma, qui præcelsam eminentiam volunt investigare, non a virtute ac præclaris factis, quibus quis nitet ac resplendet; sed a loco quem tenet. In hoc vero multus error reperitur. *Joannes* enim abjecto clauditur ergastulo, et tamen ipsum ejus eximia charitas ac virtus, tali manifestum reddit orbi: hoc enim proprium sibi possedit vera humilitas. Inter alia divina omnipotentes encomia Propheta Job humilium agnovid exaltationem, quando dicebat: *Quoniam humilius in subline: id quod in omni estate quidem, circa servos Dei adimplatum fuit; singulariter autem in Salvatore nostro qui a primo conceptionis sue instanti, usque ad*

resurrectionem suam, nihil aliud quesivit, nec in aliud collimavit, quam ut se humiliaret et exanimaret. Voluit nihilominus eternus Pater per excelsas augustasque gloriæ et magnificientias demonstrationes, heroicos profunda humilitatis ejus actus recompensare: quemadmodum per principialiora vita Christi mysteria ordinate discurrentibus facile patet.

**b.** — Quod si virum quedam alium videvolumus, considerationis nostre oculos in *S. Joannem* Baptista conjetamus. Quo enim tempore hic protestatus est dicens: *Ipse est qui post me venit, qui ante me factus est, ejus ego non sum dignus, ut solvam ejus corrigiam calceamenta?* Tunc videlicet quando principes Synagogæ solemniter ad illum instituerunt legationem ad offrendam ei sublimissimum Messiasum dignitatem, et ad eum tanquam Dei Filium adorandum; et ideo, in eodem momento adeo exaltatus fuit, ut Christus ipse factus fuerit ejus panegyrista, et de eo dixerit: *Inter natos mulierum non surrexit major Joanne Baptista.*

**c.** — Ostendit hic sacer textus: *Cum audisset Joannes in vinculis, etc.*, miram *S. Joannis fortitudinem et sanctitatem*, qui nec carcerem, nec mortem timuit in increpando Herodis incestu, sciens correctionem sub precepto tam divino quam naturali obligare omnes, dicente Domino: *Si peccaverit frater tuus, corrige eum.* Hec autem correctione superiores maxime obligat; estque valde convenientia et necessaria, ideoque cum omni sollicitudine et prudentia facienda. *S. Bernardinus*, de Prælati quia malia eradicare semina ab agro suo non contendit, ita scribit: « Qui vitis nutriendis parcit et favet, ne contristet peccantem voluntatem, tam non est misericors quam ille qui non vult cultellum rapere puer no audiatur illum plorantem, et non timet ne vulneratum doleat, vel extinxatur. »

**d.** — *Magnus illi Propheta et Præcursor Domini Joannes Baptista*, audacter dixit regi Herodi verba auditu ingrata, ei admodum molestia. Et ecce statim mutitur in carcere; nec ibi destituti *Joannes* praedicare quod audire et exequi valde expediebat Herode. O animosam Præcursoris audaciam et charitatem! qui non potuit cohiereri, quin libere diceret quod ipse sentiebat, contra regem; sed tandem destituti regis verbis dissenire. At quando id praestit? Audi Rabanum: « Sed et lingua et vocem apud eos perdidit Propheta, ut vel ipse *Joannes* aliquando non contradiceret regis voluntati. Sed cum vita perderet vocem qua regi ante non annuebat; ut sic mortuus silentio annuat, qui vivis voce mordicus renuebat. » Qui officium *Joannis* imitaris, amulare ejus dicendi libertatem, et nisi mortuus, ne perdas licentiam fandi vera et utilia; utere imperialis voce; ne timentis carcere, negue exilium, neque ambitionis volatiles spes. Munus enim tuum exigit omnes subire labores et

pericula, atque a veritate sine adulatione predicanda, vitiisque reprehendendis nunquam desistere.

**e.** — Non sine magni ratione mysteri *Joannes* tam accurate describunt in vinculis, fit enim hoc in argumentum singularis in ipsum divini amoris, adversitatis enim et erumphae a Deo immisso, sunt signa ardentissimi in nos divini amoris. *Quem enim diligit Dominus, castigat*, inquit *S. Paulus*, *flagellat autem omnem filium quem recipit*. *S. Thomas*, *Opuse. lxi*, 2, de *Deo nostro* ait: « *Prec omnis est utilis; et idem proper utilitatem prec omnis est eliam amabilis: amplius autem, quia tua malum tecum sentiens, ea tibi alleviat in presenti; dicit enim ipso: Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum et glorificabo eum.* » *S. Tobias*, *xii*, 2, quoque ait: *Quoniam tu flagellas et salvas.* Ideo optimè nos *S. Augustinus* monet ut Deum agere simus ut vult. « *Melius novit ille quid tibi expedit, quam tu, et ob hoc si vis de eo hene sentire, toton quod ab illo tibi sit bene fieri intellige.* Talis est enim amor Dei in nobis, ne quicquam omnino humana infirmitas tolerat quod ipse quantum in sua bonitate est, ad bonum nostrum non disponat. »

**f.** — *Joannes* virtus flos et sanctitatis magister, ponalissimum carcere cur vexatur? Respondet, et quidem apposite, doctissimus *Didacus de Celada*, *Comment. in Tobiam*: « *Prospers in plebe ac vilia ingenia veniunt; at calamites, terroresque mortali talium subjugare, et illis patientiam nutritre, proprium magni viri est. Semper vero felicem esse, et sine morsa anime velle transire vitam ignorare est rerum naturæ alteram partem.* » *Magnus enim vir?* sed unde scio si tibi non datur facultas exhibenda virtutis et tolerantiae erudiendi et demonstrandæ? Transisti sine adversario vitam? Nemo sciet quid poteris, ne tu quidem ipse? opus enim ad notitiam sui experimento: quid quisque possit nisi patiendo non dedit. *Doceat te patientia, quantum possis,* « *doceat tribulatio patientiam, doceat et reliquæ virtutes, quantum tolerare debeat et qualiter adversa sustineri opus sit.* » O quam congrue ergo tribulacionis carcere vexatur *Joannes*, ut qualis ipse sit adversitas doceat! Nam in eum finem Deus tribulationem immittit, ut nostram probet et experietur virtutem.

**g.** — In carcere, in vinculis audivit *Joannes* opera Christi quibus magis in fide erga Christum confortabatur, inque erumphae contra infestos Herodis tutabatur insidias, quasi nullum homini praesidiun, nulla custodia iutor et securior possit parari de extrincis is et humanis adjutoribus, quam erumphae, quam labores, quam lacrymæ. Considera modo tibi puerulum Moysen a parentibus derelictum, fluminis undis creditum, huc illucque jactatum. Que res in tanto discrimine valuit cum tutari et custodire incolunum? Textus sic habet: *Erod. ii.*

*Ecce descendebat filia Pharaonis, ut lavaretur in flumine; quæ cum vidisset fiscellam in papyrone, misit unam e famulibus suis et allatum operies cernensque in ea parvulum vagientem, miseris ejus, etc. Sane lacrymae et vagitus tutati sunt infantulum, et quem parentes aut cognati minime a morte custodirent, illum custodit planctus. Quod optime D. Joanni incarcerated applicari potest, qui absque dubio peccata Herodis et duritiam Judgeorum, si non lacrymis corporis, saltum cordis, et singulibus deploravit, seseque per eas in virtutum cursu tutatus est, et magnum fortemque spiritum ad subendum martyrium acquisivit.*

**h.** — *Joannes, Joannes inquam ille, qui de celo premature affatus, adhuc paucorum diuturnum infantulus, in materni carceris alvo Christum agnovit et nuper digito designavat, clauditur modo carcere ab Herode, quem Herodes tantopere metuebat et amat, et libenter audiebat, eoque auditu multa faciebat, vir justus et sanctus, Herod supra modum salutarius, ille qui vipers transformabat in columbas, impensisque quoque ad se trahebat, ut raptum et manibus sanctis suscepissent, eosque et durissimis lapideisque mollissimos efficeret, Herodem ad sui commiserationem et meliorem frugem non flectit. Scilicet plus valet malum inolitum quam bonum « insolitum », ait *S. Pater Augustinus*, ut in assuetus suis incestibus recidivus Herodes, licet gravitatem sclerum agnosceret, in profundum tamen rueretur aeterna perditionis supplicium. Hæc enim repetitio peccatorum solita pena est. Exercibilis est ergo, illorum stultitia qui ad peccata semel remissa et expiata denuo redent; majorem sibi reatum gravissime adsciscunt supplicium, et difficilis a peccato resurgent, quia lumen et gratias divinas communiunt; ac prouide a Deo deridentur et acerce castigantur. Sic fuit novissima hominum ilorum, pejora prioribus.*

**i.** — Vinculis capitul *Joannes* ab Herode, ideo ne ejus crimina fierent manifesta, neve ejus incestus omnibus innolesceret. Verum dum peccata Herodis arguntur, in omnium ore fuit publica; ut ergo injusmodi criminis propagatio evitaretur, capitul iniuritatis obiurgator, incarceratur, vinculis constringitur; sed fallitur Herodes, et maxime fallitur; nam crimen suum dum occulare vult, magis manifestat. *Joannis enim carcere ac gladius*, quo caput est amputatum, maxime Herodis flagitia manifestant et accusant. Ita pecatum preserium mortale, occulti nequit: tum a Deo, tum a propria mala conscientia manifestatur et valde decipimus si peccatum abscondi posse credimus.

**j.** — *Mittens duos de discipulis suis.* Nullatenus hic cum quibusdam asserendum est, legationem hanc institutam fuisse a *Joanne*, quia de persona Christi dubitaverit, sed hoc fecisse dicendum est ut doceret, quod officium predicatoris sit mittere animas ad

Christum, tanquam ad Salvatorem, ad quem spectat salvare animas et conferre gratiam et gloriam. Magna enim cura et custodia Deus animam prosequitur. Hæc est vinea quam plantavit et ipse declaravit per os Isaiae Prophetæ, quod in hujus vinea, sive salutis animæ cultura, præter ea quæ fecit, plura aut majora facere non potuerit. Sapiens dicit : *Justorum anime in manu Dei sunt. Deus in manu sua animam nostram sicut gemmam prelustrissimam portat.* Cuius in S. Jobo manifestum habemus exemplum, quando enim Deus illum potestati Satane, quoad corpus tradidit, et ab eodem facultibus, filiis, sanitate corporis cunctisque aliis bonis exutus fuit, eam habuit anime rationem, ut eam totaliter a demonis potestate exempta esse valuerit : *Verumtamen, animam ejus serva.* Nota ergo cum quanta diligentia, tu, o anima, es custodia; utpote pro cuius salute Angelos indefessos continuos et perpetuos custodes esse voluit : *Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodias te.* Nec satis : tanto studio, tantaque cura deus dignam esse animam ostendit, ut neque Filio suo peccerit. *Sic Deus dilexit mundum,* ait S. Joannes, v. 16, *ut Filium suum unigenitum dare, ut omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternam.* Quod sciens S. Joannes Baptista, ad Jesum misit duos de discipulis suis, nam ipsi ejus doctrina indigebant, ut deposito omni erga Joannem affectu, ipsum Christum Jesus, verum esse Deum ac Messiam in lege promissum agnoscerent et amplecterentur hanc fidem Christi et doctrinam omnium honorum fundamentum et radicem.

**K.** — Bene sciebat ipse divinus Baptista, quod ex hac sua missione, pullulantes erant varie hominum sententiae, etiam in dedecus et confusione sui ipsis; non enim defuere auctores, qui valide induco assererunt, hanc legationem fuisse institutam a Joanne, quia de persona Christi dubitaverit, et tamen Joannes, cum haec interrogatione eos misit ad Christum. Voluit enim potius honorem suum, quam discipulorum suorum salutem in discrimen dare. Sciens sequacium Christi et virtutis proprium esse, scopos esse irrisorium hominum.

**I.** — Pulchre in hunc textum D. Chrysostomus, *Hom. xxxiv.*, « Non omnes, » inquit, « sed duos, quos forsitan faciliores ad credendum ceteris putabat, et qui simpliciter absque suspicione interrogare possent, et rebus ipsis discere, quantum interest » inter Joannem et Iesum, mittere studit. » Singulariter ponderanda sunt haec verba : *faciliores ad credendum;* nempe qui erant propensiones et magis inclinati ad credendum, et minus curiosi ad perscrutandum. Nam mysteria fidei integre et indubitate credenda sunt, et non nisi sobri dumtaxat perscrutanda et discentienda. Qui scrutator est magistatis, opprimitur a gloria, ait Sapiens, *Prov. xxv.* 27. Et *Ecclesiasticus*, III. 22. *Altiora te ne quassieris*

*et fortiora te ne scrutaris fucis.* S. Bonaventura prima illius Psalmi verba : *Credidi propter quod locutus sum,* examinans, sequens inde deducit documentum : « Nota quod fides debet esse fidelis, integra, firma et voluntaria; quam nisi quisque « integræ, fideliter, firmiterque crediderit, integræ gram inviolatamque servaverit, absque dubio « peribit. »

**M.** — De adventu Christi et Messie certior volebat fieri Joannes. Sed multorum opinio est, Joannem quoque voluisse informari de modo adventus sui, sicut predictum erat in prophetis, maxime Isaia, nempe de adventu per crucem, ex cuius consideratione, iam ipse in carcere et vinculis consolabatur; sicut jam ante aspirerat vita iugencum carnis mortificatione suscepserat, eo quod jam spiritu quasi propheticò præsentire, talem ab Auctore vite vitam esse suscipiendam. A. D. Chrysostomo, non sine ingenui acumen, vocatur ex *philosophia imperatorum*, ea est enim crucis philosophia, qua humillima queque, et horrida, et squalenta, nimis penitentia sacrus, cinis, jejunium, dolor, lacrymæ, et similia sic afficiunt videntes ut imperatorum etiam animos ad se allicit. Nec ullus erit qui cruce Domini, et passionem videat, cui dolor, abjectio et mors ipsa non videatur amabilis et expetibilis, sicut intuitu futura mortis Christi, carcer et inde secutura mors expetibilis fuit Joanni.

### VERSUS 3.

*Tu es qui venturus es, an alium expectamus?*

**1.** — Ex textu S. Luceæ, iii, 26, sufficenter colligitur quantum de S. Joanne opinionem seu estimatio discipuli ejus habuerint, hec autem testimonia in iste magis non solum solidata, sed et aucta fuit, quando solemnis illa legatio a Sacerdotibus universo Hebraismi supremo Concilio ad S. Joannem missa fuit, ut eum (dummodo ipse aquiescere volisset), veluti Messiam venerantur et agnoscerent, ac proinde discipuli ejus nunquam indui potuerint, ut Christum Joanne in sanctitate superiori, et Filium Dei esse crederent, nisi sanctus Joannes ipsem, ad hanc ei male de se conceptam opinionem eximendam, ostendisset, se credere Christum vere Messiam esse, ac proinde, ad hanc veritatem explorandam, ipsos ad Christum suo nomine alebagasset. Unde S. Ambrosius, lib. V in *Lue.*, vii, dicit : « Non fide, sed pietate dubitavit; » *Tanquam parvulus in Christo lac vobis potum dedit, non escam,* inquit, licet ad alium finem S. Apostolus, *I Cor.*, iii, 2. Sic enim maler, ut filium ad lacticum trumentum sumendum inducat, se quoque lacte ad sui sustentationem opus habere fingit; ita quoque mater ut filium infirmum medicinam ob nauseam sumere detrectantem sanitati restituat, medicinam eamdem ori proprio applicare, imo et deglutire

solet, ut hac ratione filium ad eamdem sumendum pariter inducat. Unde Basilius Seleucus, *Orat. xxxiv.*, ait : « Non tam miramur Joannem exultantem, « quam nunc interrogantem, » *Exultavit infans in utero* propter gaudium, ut ostenderet Filium Dei, qui in Maria incarnatus fuerat, vere esse presentem; nunc autem videtur, quod certo quoddam modo *repurpureat*, adeo ut de ipso nunc dici possit : *Sapientiam ut parvulus,* siquidem se ignorante esse, et Christum se non agnoscere simulat, idque non alio fine, quam ut non solum discipli ejus, sed et universum genus humanum, ad finem usque saclorum, Christum, quis esset, vero agnoscerent; se ignorare simulat, ut totus mundus increatam sapientiam jam vere incarnationem esse, fide vera crederet. « Mira res, » exclamat proinde S. Thomas de Villanova, *Cone. I. de S. Joanne.* « tringita annis « inter homines Deus erat, et factus homo cum « hominibus versabatur, et non agnoscebat; « missus est Joannes, ut ad tanti Sacramenta adversum tentium mortalium oculos excaret. »

**2.** — Insignis est illa Origenis super questione Joanni a legatis proposita : *Tu quis es? ponderatur.* Dicit enim, legatus ad Joannem ab Hierosolymis missos, commissionem quidem habuisse, ut hanc Joannem interrogationem proponerent, quia ipsum Messiam esse persuasum sibi habebant, non tamen constat illos unquam similem investigationem seu diligenter et industrie circa Christum adhibuisse, ac proinde dicit Origenes, « quod ergo Joannes « Judei, hoc Joannes erga Christum prosequitur, « per proprios discipulos interrogat : Tu es qui « venturus es an alium expectamus? » nimurum supplicre illud voluit, quod universus Judaismus honoris ipsi exhibere neglexerat, neque enim ipsi sufficiebat, quod eum palam digitio indicasset, dicens : *Ecce Agnus Dei,* sed insuper solemnum hanc legationem per duos sapientissimos et prudenter schola sue discipulos expedire voluit.

**3.** — Paulus de Palatio ingens hujuscemodis interrogations momentum hisce verbis trutinat : « Existimo « nullam unquam fuisse in orbe questionem majoris « quam ista momenti; expende cuncta : Qui interrogant, vicem habent omnium fidelium : qui « interrogatur, Deus est; quod interrogatur, sum « mun negotium est, an is esset Deus, qui videbatur « homo. »

**4.** — S. Thomas, in *Matth.*, sanctum Ambrosium in ea fuisse opinionem refert, Precursum de Messia in mundum, sive in carnem adventu nequamque dubitasse, « sed de adventu ad Passionem; unde minatur, si venerat ad patiendum? » Hinc tamen opinioni Doctor Angelicus se opponit per S. Chrysostomi auctoritatem, qui Joannem hoc quoque plene atque perfecte scivisse existimat, siquidem cum dignis monstravit, dicens : *Ecce Agnus Dei;* « constat « ergo, quod eum scivit fore hostiam immolan-

« dam. » Lyranus, de simili, eidem expositioni S. Gregorii opponit, dicentis : « Dubitavit, utrum sicut « natus erat in humanitate nostra, ita etiam more « relur pro salute humana; » respondet Lyranus : « Non videtur conveniens, quia Joannes non fuit « minus illuminatus, quam Propheta veteris Testa « menti, quia hic dicitur plusquam Propheta. Pro « pheta autem cognoverunt Christum, non tantum « nascurunt in carne propter nos, sed etiam mori « turum ut habetur Isaie; ut, 7 : Tanquam ovis ad « occisionem ducetur; ergo multo fortius Joannes, « qui fuit plus quam Propheta, cognovit. »

**5.** — Et revera in dubium revocari neutiquam potuit, quin Joannes perfectam habuerit incarnationis et Passions futura Fili Dei notitiam. « Videatur mirabile; si de hoc dubitare poluit, » inquit Albertus Magnus, « quem intra materna viscerem « obstructus cognovit, quem spiritus in deserto « revelavit, cui columba insedit, super quem vox « Patri intonat, quem digito demonstravit, cui « testimonium, quod mundi peccata tolleret, per « habuit, de quo, quod agnus immolandus esset, « predixit, ad quem Andream cum alio misit, qui « detrahentes discipulos corripuit, qui Iudeis quae « rentibus testimonium perhibuit, que omnia Lue. « I et Joan. I legimus fecisse Joannem. » Imo in utero quoque materno eum cognovit, dum ob ejus presentiam gaudendo, salire in utero cepit, unde sicut S. Hilarius in *Matth.* scribit : Quarendo « non « sive, sed discipulorum ignorantiae consult. » S. Hieronymus Lazari exemplum adducit; dum ait : « Quomodo Salvator interrogat, ubi sit positus « Lazarus, ut qui locum sepulchri indicabant, « saltum sic pararentur ad fidem, et viderent mortuū resurgentem; sic et Joannes interficiendus ab Herode, discipulos suos mittit ad Christum, ut « per hanc occasionem videntes signa atque virtutes, crederent in eum, et magistrum interrogatores, dixerint, » ipse namque, quidnam Christus responsurus esset, propheticò spiritu illuminatus previdebat. Unde Dionysius ait : « Interrogavit, non « ob propriam dubitationem, sed propter discipulorum ignorantiam, quos volebat ex Christi restoratione doceri, et certificari; noviter enim in « spiritu, qualiter Christus fuerat responsurus; » adiudicatque idem Carthusianus ejusdem sapientissimi Magistri nostri exemplum, qui sepius se aliquid soire desiderare simulavit, quod iam de facto probissime sciebat; sic de Lazaro ait : *ubi posuitis eum? Unde enemus panes?* ait ad Philipum : *Cujus est imago hec? Nonne decem mundati sunt? et novem ubi sunt?* « Quandoque enim interrogat homo, ut instruatur, interdum ut instruatur; « interdum ut experientia, si aliquis sciat, quod « querit; interdum ut alterius ignorantiam demonstrat. »

**6.** — Jam, de facto, Baptista discipulis suis,

Christum promissum Messiam esse dixerat, qui tam id dicenti certam non adhibere fidem, ac proinde verba sua per experientiam miraculorum Salvatoris authenticare voluit. Unde S. Hilarius ait : « Sed ut scirent non alium a se praedicatum, ad opera ejus intuenda discipulos suos misit, ut auctoritatem dictis suis illius opera conferrent. »

**7.** — Questio autem hoc loco proponi potest; quænam causa sit, quod Joannes interrogationem istam per verbis futuri temporis circumscribere voluerit, dicens : *Tu es, qui venturus es, cum tamen jam trigesita essent anni elapsi, a quibus, de facto, in mundum venerat?* Atrius legit : *Tu es veniens?* Graecus textus legit : *Tu es ille veniens?* Verumtamen advertendum est, quod interrogationem illis verbis proponi fecerit, quibus ipse ab oraculis propheticiis olim prophetizatus fuerat: unde Joan. vi, 14, dixerunt : *Hic est vere Propheta, qui venturus est in mundum, tameci coram oculis eorum presens assistet.*

**8.** — Enimvero ex quo hac discipulorum missio et interrogatio, in eum præcepit finem ordinata erat, ut illis claram Christi notitiam subministraret, utpote qui tunc nondum verum Messiam esse agnoscet, ideo haud immerito eamdem interrogationem manifeste et publice proponi voluit, quia veritas latibula nescit; preter quam quod hanc quoque notitiam per universum mundum extendi et divulgari voluerit; quia servis Dei magna urgentur sollicitudine, ut unusquisque honorum spirituallium ad majorem Dei gloriam, particeps efficiatur. Porro quod interrogatio haec publice, et in conspectu multorum proposita fuerit, ex illis eidem Evangelii verbis clare deducitur: *Illi autem abundavit, ex illis Jesus diceret ad turbas de Joanne.*

**9.** — Paulus de Palatio verba haec in sensu morali exponus, dicit : « Joannes significat gratiam, cum igitur Joannes est in vinculis, dubitare videatur. » Etenim multi sunt amici Dei, qui tempore consolationum spiritualium solidi persistunt; at vero in desolationibus, et ariditate animæ titubant. Cuius exemplum Davidem adducit, qui ait : *Ego dixi in abundantia mea, non moxebus amplius præstasti decori meo virtutem;* at vero in adversitatibus posuisse, ait : *Averisti faciem tuam a me, et factus sum conturbatus.*

**10.** — Idem quoque aliud quoddam documentum in medium affert, dum ait : « Joannes dominum significat; inter dona primaria, et radix aliorum est fides, hanc multi Christiani in vineula peccatorum conjuncti, veritatem Dei in injustis definentes; fides ergo inter vineula peccatorum facile dubitat; imo facile negat; non est tuta fides inter vitiorum catenas. »

**11.** — Credibile valde est, sanctam Dei Ecclesiam hodie hoc Evangelio uti, ut fideles suos ad dignum pro huic Regis glorie adventu, hospitium

et habitaculum accommodandum et preparandum invitent : *Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?*

#### Additiones.

**a.** — *Tu es qui venturus es? an alium expectamus?* Non gravabor in presenti texu, veterum Patrum meminisse sententiam, que putat Joannem, post auditu Christi miraculosa opera, misisse discipulos ut interrogarent, an qui talia effiebat magnalia, ad mortem et vincula suscipienda simul veniret? Non querit an sit Jesus Filius Dei? An sit expectatus ab Israeliticis? Sed, an veniat; ut vinciat et morti detur. Nec miror quod Joannes expertus vinculorum et passionis precientibus, requirat inter Jesu magnalia et splendida opera, vinculorum, et mortis tolerantiam; quia quidem tolerantia præstantissimum opus est omnium miraculorum. Sane Jesus cœcis visum, surdis auditum, claudis pedes, leprosis munditiam, mortuis vitam dabit. Sed quid hoc magnum in Jesu ut ostendat in se naturam deitatis, nisi etiam manus sua pro vinculis daret, seseque passioni voluntarias redderet? Nam tribulatio aliquid divini in se habet. Nullus enim opus, nisi illustrè, eti si hominibus salutare, sic Filium Dei verum Messiam ostendit, ut vinculorum seruamentaque tolerantia. Cum enim ad hoc venerat Filius Dei ut dissolvet opera diabolí, quod est peccatum; vera eum ut tales agnoscimus, cum ad vincula et mortem venisse intelligimus. Per huc nos a peccatis absolvit, et absoluto eterno Patri reconcilavit: siquidem tribulatio patienter tolerata, solvit penas debitas pro peccatis, et ab his nos expurgat.

**b.** — Quid est hic causa, quod Joannes quasi dubitans querat a Christo : *Tu es qui venturus es?* cum ipse optime nosceret Christum esse verum Messiam venturum, sicut in multis sacri Evangelii locis ostenditur? Varii Patres varias hujus dubitationis non tam rationes quam explicaciones assignant. Prae ceteris mystica haec placet S. Ambrosii, lib. V, in *Lue*, vii, dicente in Joanne non quidem ullam fuisse dubia suspicionem. Et per Joannem, ait, legem intelligentiam esse, quae in pectore perfidorum, velut in carcere inclusa tenebatur. Contrarium hodiecum fit a multis christianis qui christianorum quidem nomine insigniuntur, et legem evangelicam ore passim profiterent, sed factis negant. Utinam de illis idipsum dici non posset, quod huius Episcopo, qui in bonis operibus deficiebat exprobrationem fuit, nimurum : *Nomen habes, quod vicias, et mortuus es.* S. Ambrosius reprehendit illos qui sibi se in portu esse et salutem suam in seculo posimat, et eo quod in Petri navecula navigent. Nequaque in vobis patrorealis, inquit sanctus Doctor : « Non nobis sufficit quod christianum nomen acceperimus, si opera nostra et christiana non fecerimus. »

**c.** — Praclare occasione hujus textus : *Tu es qui*

*venturus es, an alium expectamus?* de Joanne loquitur D. Basilius Seleucus, *Orat.* xxv : « Non tam miratur Joannem exultantem, quam nunc interrogantem, » ac si diceret : non illa nos rapit in administrationem, quod Joannes infans cum perfecto rationis usu, in utero matris exultaverit, sicut quod cum præclara Christi agnitione, ipsum modo interrogat, cum verbis dubitationis umbras importantibus, cum nihil difficilis sit quod vir sapiens ad inscitos habitum ac formam sese dimittat. Palet hic summa Joannis humilitas, quæ opera bona, omnesque alios actus virtuosos in abscondito custodit et conservat.

**d.** — Legitus Judeorum ad Baptismum venientibus ut interrogent eum, an ipse sit verus Messias, magna hi divinus preceps utitur diligenter, ut eos de veritate edoceat : *Confessus est et non negavit.* Et iterum de Christo ait : *Ipse est, qui post me venturus est, cuius ego non sum dignus ut solvam eum corrigam calceamenti.* Joan., 1, 27. At vero suosmet discipulos in veritate volens instruere, tantum legimus quod duos ex eis mittat. Cuius discriminis ratio haec est : Judei qui maximo odio et ira contra Christum fervebant, non tam facile convinci poterant de veritate quam discipuli Joannis qui illum amatabant. Magna enim vis et efficacia est ire que intellectum excecat, absorbet discursum et rationem, et iratum studio similem reddit.

**e.** — Joannes ob magnam suam prudentiam et eximiam in discipulis suos charitatem, nomine suo querit a Jesu, an ipse sit Christus, cum forte discipuli non afferent, ex se hanc interrogationem facere. Novit enim vera charitas ob bonum proximi aliquando similare; quod ad nostram tendit instructionem, quam sollicite charitatem proximi conservare, et bonum ejusdem procureare debeamus. Christus Dominus noster hoc fraternali amoris præceptum, specialiter suum præceptum appellavit, dicens : *Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem.* Joan., xv, 12. Haud dubie etiam tria priora prima tabule præcepta, sua præcepta erant, imo magis propria sua præcepta dei debellant, utipote ad religionem et divinum ejus cultum spectantia. Similiter præcepta moralia, judicialia et ceremonialia antiquæ legis præcepta, quorum sexenta tredecim erant, sua præcepta dei debellant, eo quod consilio et auctoritate ipsius promulgata fuerant; cur igitur hoc solus dilectionis præceptum, specialiter tanquam præceptum summi canonis voluit? Pro hujusc questionis resolutione, quod dicitur in *Genesi*, xxvi, 3, de Jacob Patriarcha optime nobis describit : *Israel autem diligebat Joseph super omnes filios suos, et quod in senectute genuisset eum.* Ita quoque dicere possimus quod haec Deus noster homini multa præcepta imposuerit, in hisque omnibus paternam suam erga nos curam liquide satis demonstravit, attamen prout in sermone quem in ultima cena habuit, perspicua videre licet, insi-

nare nobis voluit quod hoc de dilectione proximi datum præceptum, anxie magis et impensis nobis inculetum esse voluerit, ideoque ex industria illud nolis in ultimo vita sue tempore tanta cum efficacia nobis expressit ut tanto tenacius nobis illud impressum relinquenter.

Diligendus est a nobis proximus ad eum modum et ad eundem finem, ob quem nos amavit Deus : *Hoc est præceptum meum ut diligatis invicem,* hoc autem ei non sufficit sed insuper addit : *Sicut dilexi vos.* S. Augustinus optime notat amorem nostrum erga proximum minime affectum esse debere ea qualitate, qua imbutus est amor quo amamus eos, parentes, filios, uxorem; sed ordinandum esse ad finem ad quem illum Deus ordinavit, nimirum ad salutem æternam : *Ipse est dilectio,* inquit, *et ab omni mundana dilectione discreta, quam distinguendo addidit Dominus, sicut dilexi vos.* « Quid enim nisi Deum dilexit in nobis, non quod habeamus, sed ut haberemus?... Sie ergo et nos in invicem diligamus ut quantum possumus invicem et ad habendum Deum cura dilectionis atrahamus. »

**f.** — Parum ante factum fuerat quod principes Synagogæ sacerdotes et levitas ad Joannem misericordi, ut scirent an ipse esset Messias, interrogantes hoc modo : *Tu quis es?* Cur ergo quando ipse Joannes eamdem questionem sciscitatur a Christo, an ipse esset omnium Redemptor maxime desideratus, cur, inquam, non eadem methodo, ad dispositionem verborum utiliter, sed alia valde diversa : *Tu es qui venturus es? An alium expectamus?* ratio est quia Joannes puritate, ac sanctitate valde insignis, adeo alienus erat ab iniquorum moribus, ut etiam in modo loquendi nullam voluerit habere convenientem, maxime cum iniquorum loquendi modus sit valde inconsideratus, ac irreverens, sicut erat hic Judeorum, temeritate potius quam auctoritate notatus : *Tu quis es?* per quod nihil determinate queritur. Vir sapiens autem priusquam loquatur, verba sua ponderat, ac demum tempore et loco convenienti loquitur. Dicitur enim, *Prov.*, x, 13. *In labiis sapientis inventur sapientia.*

Observandum est Sapientem non solum dicere : *In labiis inventur sapientia, sed addere : In labiis sapientes;* quia homo sapiens et in loquendo circumspexit, præcavens et præveniens, ut verba proferenda accurate examinat et ponderat. Unde Psalmista, *Ps.* xxxvi, 30, ait : *Os justi meditabut sapientiam, et lingua ejus loquetur iudicium.* S. Hilarius hunc *Proverbiorum* texum, in favorem nostrum adducens, inquit : « De lingua Sapientis et legimus, *Prov.*, x : Lingua sapientia meditabit sapientiam. Et rursus : Lingua mea calamus et scriba, velociter scribentis, quia intelligentis lingua meditatione sapientia fit, ut eadem tanquam et calamus scribentis, nihil incompositum, nihil

« incertum agat, sed his quae aut cogitata aut lecta « fuerint obtemperans celeriter, et ratione consiliis « obsecundet. » Is qui meditatur, quandiu hoc facit, tacet; meditatione vero expleta, tunc pridem conceptum suum exprimere incipit. Meditandum proinde prius est, et postea loquendum. Unde Ecclesiasticus, iii, 7, prius dicit: *Tempus tacendi*; et postea subiungit: *Et tempus loquendi*. Nemo enim bene loquitur, nisi qui prius aliquoties bene tacere noverit. Ideoque Nyssenus ait: « Prior loco « collocatum est tempus tacendi, et post silentium « dedit tempus loquendi. » B. Laurentius Justinianus, in materia virilium, et vita spiritualis apprime expertus, inquit: « Nemo, quomodo Deo, quid « proximo dicat, scire sufficiens meretur, nisi « prius didicerit ori suo ponere silentium. Oportet, « ut assueas lingui taciturnitati, deinde sermocinationi. Quid si solitudo novit, facile fari prudenter disceat, qui vero incontinentis est multa proficeret preter voluntatem, et redargitione digna. Saibut quidem consilium est, non a noxiis tantum, « verum etiam ab utilibus interdum linguum cohoberi sermonibus. *Obmutia a noxiis et siuia a bonis*, ait Citharædus sacer. » Idem quoque S. Patriarcha, in alio quodam loco, idem his verbis repetit documentum: « Regula bene loquendi est, « ut prius discat quiske taceare, quam loqui. Numquam sciet fari quod expediat, qui tacere ignorat. Congruus enim discendit sapientia modus est, et « salubre charitatis administrum, sibi ipsi indicare « silentium. » S. Bernardinus, quid faciendum nobis sit, priusquam lingua ad loquendum expediamus, his verbis nos instruit: « Antequam homo « incipiat loqui, examinare se debet, qua de causa « seu intentione ad loquendum moveatur, si moveatur odio vel amore; si per honorem Dei vel « amorem proximi, seu amorem sui; si pro utilitate temporali aut corporali seu spirituali; si pro « delectabili vel honesto. » S. Gregorius quoque monet ut in loquendo adeo circumspicte sinus ut lingua nostra cordi consonet, ideoque examinemus et trutinemus ea que loquimur.

g. — Novimus quod quando imperator ad aliquam civitatem venire constituit, prius in ea urbe preparant illi domus, ceteraque ad statum suum necessaria, quam fieri potest decentissime. Quod si ejusdem loci incole et cives facere detrectarent, non immerito de contemptu imperatorie dignitatis radargui possent. Expectamus nos, charissimi, Imperatore nostrum Christum, propedium venturum, et de magnis rebus in terra tractaturum, de salute nostra. Quid ergo nos faciemus, qualunquem domum eidem preparabimus? Audiamus Philonem Judeum dissertissimum, in Lib. de Cherubim., postquam de summa Dei dignitate multa disseruerit, haec modo subiicientem: « Dignum tamen Deo « domicilium est anima, modo sit idonea. » Quo-

modo igitur anima nostra idoneum reddetur Deo habitaculum? Gratum arbitror, Deo cordis nostri habitaculum erit si quale olim sibi a Moyse extri mandavit, Exod., xxv, et nos edificemus. In cuius introitu, seu atrio, altare holocaustorum in nobis erit, cor per mortificationem se Deo immolans. Id in atrio fieri debet, hoc est, priusquam ad ipsum Deum accedamus. Nam mortificatio Deo summopere grata est, et ab eo quoque amplissime remuneratur. Virtus mortificationis gratiam et benevolentiam Dei sibi pre cunctis aliis vel maxime conciliat; ac proinde Ecclesiastis, in comparatione aliorum aromatum, quando ad myrram pervenit, eam electam appellat, suavisissimum spirare odorem asserit: *Quasi myrra electa dedit suavitatem odoris*. Myrra autem mortificationem presfigurat. Palatio est amarissima atque per multas proprietates mortificatione symbolica significat, non solum ob amaritudinem sed etiam propter spinositatem et foliorum acumen.

h. — Mirum est quam paucis absolvat Joannes suam orationem apud Iesum, at brevis oratio supra modum vocalis obtinet. Hac tantum dixit: *Tu es qui venturus es?* et omnia impetravit. Qui enim in vinculis era, non longa oratione opus habebat, quando vincula et labores omnium linguarum disertissimi sunt, ad universa ex Deo impetranda oratores. Bonus ille latro vix labia movit, dicens ad Iesum: *Memento mei;* et ecce totus illi statim condicetur Paradisi: *Hodie mecum eris in Paradiſo*. Quae rationis flumina, que loquendi vis sic Deum traxit? Non quidem verba, sed seruimus, sed crux, sic ad impetranda tot bona ex Deo valuit. Praedictus D. Augustinus, in Psal. lxxxvi, ait: « Hoc fecit ille « latro fortior in cruce quam in fave. » Non tam diserta lingua rhetorum est apud Deum ut crux, et carcer patienter toleratus. Non talem oratorum pompa edocent docti paginae, qualem vineula et catena. Quam vix in competitorum vocibus oderatus, Isaías, xxvi, 16, aiebat: *Domine in angustia requiriunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eius;* que verba sic reddit Vatablus ex Hebreo: *Domine in ipsa tribulatione memores erunt tui: fundent murmur, cum erit afflictio tua in eis*. Sed cur ab afflictione fundent murmur, et non potius aliassim voces que celos penetrerent? In murmure intelligit. Forentis muta illa carmina venifici incantantis sapienter, que dum venificis sapiens murmurat, quidquid cupit, ad se efficaciter trahit, aut rapit. Sic afflictiones et ærumnas Joannis, verba fundent adeo efficacia et potestate plena, ut instar carminis seu murmuris incantatorum sapientissimorum, omnia ad se rapiant, et omnino modum facient apparere salutem. Afflictorum enim preces efficacissime sunt, ad quas in tribulatione recurrere oportet. Inter rationes et motiva que nos ut eum gaudio et jubilo tribulationes sustineamus,

inducere debent, merito utique recensenda est notitia, qua nobis constat, quam efficaces sint tribulatorum orationes. Experiencia docet, omnem hominem, etsi non credit in Deum, naturaliter tamen in periculis, et adversitatibus suis imminentibus, oculos et mentem precipue elevarat ad celum, ut subtidum et succursum imploret. Unde tritum est illud proverbium: *Qui nescit orare, vadat ad mare*.

In Deuteronomio, xxx, 13, depingitur pariter Deo rebellis et recalcarans populus Hebreus: *Recalcitravit, et unde haec procedebat rebellio? Impinguatus, incrassatus;* humiliatus nihilominus reddit ad Deum, jugo legum divinarum se subjiciens, idque meritis orationum quas tempore tribulationum divine porrexerat Majestati: *Humilitatem est in labiturus cor eorum, informati sunt, ne fuit qui adjuvaret. Et clamaverunt ad Deum, cum tribularentur, et de necessitatibus eorum liberavit eos*. Ubi observetur psalmista aliquoties repetere haec verba: *Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur, ut nobs indicaret quante efficacie sit oratio Deo exhibita eo tempore, quo nos prenunt adversitates. Anna Samuelis mater, ob sterilitatem, que tempore illo valde ignominiosa era, summopere affligebatur. Quia via obtinuit id ad quod tantis annis suspicaverat? Cum esset Anna amaro animo, oravit ad Dominum: Factum est autem, cum illa multiplicaret preces coram Domino, exaudita fuit, obtinuitque a Deo partum nobilem, qui fuit propheta Samuel, oraculum celeste, lumen totius Israel. Sara Tobiae junioris sponsa supra modum infelix erat, septem namque sponsos, unum post alium, demon Asmodeus ei surripuerat, et internectione dederat; at consolationis loco, afflictionem addebat afflita, temeraria et insolens ancilla domini, que innocentem puerle improperebat, imputabatque homicidia omnium septem virorum, insuper et sterilitatis maledictionem imprecabatur. Quia via, quo modo magna nimis haec Sara eravist miserabiles istas angustias: Ad hanc vocem percurreti in superius cubicularum domus suarum, et in oratione persistens cum lacrymis deprecabatur Deum. Tob., III, 10. Qualis orationis hujus fuerit subsecuta effectus, historia latior demonstrabilis lectio; node namque maritali copulata fuit Tobiae, et cum eodem in summa rerum abundantia et prosperitate vixit.*

Notandum est, S. Apostolum, Rom., xi, 12, postquam nos monuit: *In tribulatione patientes, statim subiungere: Orationis instantes;* cujus rationem reddit S. Ambrosius, dicens: « Necessaria est « valde oratio, quia ut tribulatio possit tolerari, « precibus insistendum est. » Optime cognoscit Deus quam sit fervida et cordialis deprecatio nostra, precipue adversitatis tempore, et quia inde valde oblectatur, ut ipsius serio imploramus auxilium, nos continuo exhortatur, promittitque se preces

nostras exauditurum. Unde Albertus Magnus ait: « Os quod prosperitas claudit, adversitas aperit. » Et paulo post: « Eruam te, non invocabis sine fructu. »

i. — Non gravabor in praesenti, veterum Patrum meminisse sententiam, que pulat Joannem post audita Christi miraculosa opera, misse discipulos, ut interrogaret, an qui talia officiebat magnalia, ad mortem, et vincula suscipienda simul veniret? Non querit, an sit Jesus Filius Dei? An sit expectatus ab Israelitis? Sed an veniat ut vinciat, et morti detur. Ita Ambrosius, lib. II in Luc., viii. Eusebius Enissenus, Venantius, Gregorius, relata a Maldonato in hanc locum. Nec miror quod Joannes expertus vinclorum et passionis praecclesiastis, requirat inter Iesu magnalia, et splendida opera, vinculorum et mortis toleriantiam, que quidem tolerantia prestantisimum opus est omnium miraculorum. Sane Jesus cecidis visum, surdis auditum, claudis pedes, leprosis munditiam, mortuis dabat vitam. Sed quid hoc magnum in Iesu, ut ostendat in se naturam deiatis? Nisi etiam manus suas ipse pro vinculis daret, seseque passioni voluntarius tradaret? Nam tribulatio aliquid divini habet in se. Doctor gentium in celis eductus de incarnata Sapientia scriptis, Hebr., v, 8: *Cum esset Filius Dei, dicitur ex eis, que passus est. Ecce quam sublimem præcessumque digitalis gradum attingit tribulatio: ipsum docet et instruit unigenitum Filium aeterni Patris: Cum esset Filius Dei.*  quis hic in terris Deum cognoscebat, priusquam angusto Virgini utero gestabatur conclusus? *Deus in dominus eius cognoscetur cum suscipiet eum;* sic ante multa secula predixerat regius Propheta. Quando coles testam paradisi aulam mutavit in pauprem domum Laurentianam, et vere dicere potuit: *Ego autem mendicus sum et pauper,* et postea ascendit patibulum, tunc et non ante mundus coram illo flexit genua: *Humiliavit semetipsum Dominus...* proper quod et Deus exaltavit illum, etc.

Puribus ante adventum Redemptoris nostri secundum, predictum fuit per Jeremiam Prophetam, xiv, 8: *Expectatio Israel Salvator ejus. At quo tempore? In tempore tribulationis.* Nescio sane, qua via Deus se notum fecerit et manifestum, an per miracula, per predicationem Evangelii, per sequelam et imitationem populi; an vera per ærumnas, crucem, et passionem, mira animi generositate, inandiquæ mansuetudine toleratam. *Cogoverunt eum in fractione panis,* ait Evangelista, Luc., xxv, 35; quem textum ad nostrum propositum mire exponit Drogo Ostiensis, dicens: « Vere non agnosceris Domine, « nisi in fractione panis. Panis caro tua est: fregisti « manibus tuis corpus tuum, quia potestatem habes « ponendi animam tuam et iterum sumendi eam. Fregisti corpus tuum, quod foris appetebat, et ostendisti medullam que intus latebat; nisi enim

« patiaris non cognosceris : *Ibi, inquit, absconditur est fortitudo ejus, Hab., iii, 4.* Que autem fortitudo tua, nisi mansuetudo tua, nisi humilitas, nisi sapientia et obedientia? Haec virtutes formosissimas, et suavissimas, in fractione panis, hoc est in passione tua, nobis ostendisti. »

## VERSUS 4.

*Et respondens Jesus, ait illis : Euntes renuntiate Joanni, quæ audistis, et vidistis.*

*Et respondens Jesus, ait illis.*

1. — Ex quo predicta interrogatio ipsiusmet Precursoris proprio nomine, Christo transmissa et exposita fuit, cur Christus non ipsi respondit, sed discipulis illis? interlinearis respondet : « Non ad interrogata, sed ad scandalum nuntiorum respondit Joannis, quia non dubitabat de illo. » Et ideo responso non ad Precursorum catechizandum, sed ad discipulos incredulos erudiendo ordinabatur. Lyranus dicit : « Ideo Christus non respondet per verba, sed per facta, faciens in conspectu discipulorum Joannis, miracula multa, manifesta declarantia, quod ipse esset Christus.

2. — Sanctus Paschasius eamdem responsum reddit, cur non responderit secundum interrogata : « Arbitrarius omnium secretorum, non ad verba, sed ad intentionem mittentis, et ad scandalum numeri tiorum respondit. »

3. — Jansenius considerat, quod sicut Baptista multa fuerat prudentia, in erudienda discipulorum ignorantia, usus, palam ipsi ostendendo, quod Christum verum revera non agnoscere, ita quoque Christus in eisdem erudiendis magna quoque circumspectione uti volueret, absque eo, quod incredulitatem et invidiam illorum ei manifestaret, aut de his eos reprehenderet, miraculos operibus suis eisdem respondendo : « Ut magna prudentia ac charitatis studio Joannes in se discipulorum suorum suscepit dubitationem et ignorantiam; ita Christus magna eis respondet prudentia, eorum dissimilans inscitiam, nec eam aperte incessans, ut sic ad se eos suo tempore magis traheret. »

*Euntes renuntiate Joanni, quæ audistis.*

4. — Lucas Brugensis in *Cant.* optime nota, Christum eo modo respondisse, ac si Precursor legatos hosce ob suum, non vero discipulorum interesse et commodum misisset, tametsi mentem et intentiōrem Precursoris sui perfectissime nosset : « Prudenter dissimilans id, quod et Joannes, ut tanto se faciliter doceri et persuaderi paterentur. »

5. — Verbum, *Audistis,* ad miracula referunt, que paulo ante de ipso andaverint, siquidem filium viduam resuscitaverat, Centurionis servum sanaverat,

aliaque similia miracula patratarat, quæ a S. Andrea, et S. Petro ambo bus paulo ante Baptista discipulis, audiare facile potuerant.

*Et vidistis.*

6. — Sanctus Chrysostomus, a sancto Thoma in Catena citatus, observat, quod Salvator non responderit directe, se Messiam esse, ne forsan ei reprobari posset, prout malignantes Iudei fecerunt, dicentes : *Tu de teipso testimonium p̄beris;* preterquam quod fidem sibi diffidetur adhibendam fuisse prævidebat, ac proinde ad facta idest, ad miracula recurrat : « Propter hoc a miraculis fecit eos disce, « insuspicibiles doctrinam faciens et manifestatio rem, testimonium enim quod est a rebus, creditibus illis testimonio, quod est a verbis. » Cajetanus in tempore presenti legendum esse existimat, « auditis et videtis » : « Respondet non testimonio verborum, sed factorum, ut referendo Joanni « miracula, convincantur a Joanne ex ipsius miraculis. » S. Paschasius nota Christum ideo voluisse, ut magistro sua ea, que audierant et videbant, referrent, quia signa que fecerat, ab antiquis oraculis de Messia venturo prophetata fuerunt. In Isaia namque, xxxv, 4, 5, predictum fuit : *Deus ipse veniet et salubrit vos, tunc apertuerunt oculi eorum, et aures surdorum patetebunt, tunc salutem, sicut cercus claudus, et aperta erit lingua mutorum,* ac proinde Lucas Brugensis in persona Christi, ita scribit : « Nihil opus est, ut de me, quis sim pronuntiem, « sim Christus, nec ne : tantum ite et renuntiate « Joanni, que vidistis, haec enim cum vaticinis collata sat loquuntur, qui sim. » Porro S. Joannes miracula facere minime debobat, bene tamen Messias, atque ideo eum interrogarunt : *Quod ergo tu facis signum, ut videamus et credamus ibi?* Merito igitur S. Cyrillus dicit : « Christus miraculum magnitudine simul et multitudo ostendit « se Messiam esse, » unde et Iudeus dixit *Joan., x, 37 : Si non facio opera Patris mei, nolite credere.*

7. — Considerari quoque hoc loco notabilis quedam differentia poterit, quæ inter cœcum natum et Samaritanam ex una, et hosce discipulos ex altera parte cernitur; cœco enim se directe Messiam in lege promissum esse manifestavit, *Joan., ix, 37 : Qui loqueritur tecum ipse est,* similiiter mulieri Samaritanæ dixit, *Joan., iv, 25 : Ego sum qui loquor tecum :* at vero dubio hisce discipulis solum patrata, a se miracula ostendit. Ratio autem differentiae istius est, quia ad credendum se Messiam esse, optimam tam in cœco, quam in Samaritanâ dispositionem invenit, eo quod valde se erga eos probasset beneficium; at vero, ut hos discipulos, utpote glorie et sanctitati Christi invidentes, dum nimurum cum majori quam Magistrum suum veneratione honorari videbant, adeoque minus dispositos in eum credere

faceret, non verbis, sed miraculis et prodigiis talibus, quorum ipsi occulati et irrefragabiles testes essent, utendum sibi esse censuit.

*Additiones.*

a. — *Euntes, renuntiate Joanni quæ audistis et vidistis.* Non verbis sed miraculis et operibus, fidem in se plantare voluit Christus Dominus. Volut enim se potius manifestum facere sui muneric adimpletionem, quam multis locutionibus. Volut procul dubio divinus Magister ostendere fidem, nisi per operis eidem consonantia vivificetur mortua esse, S. Bernardus, *Serm. ii, de resurrectione*, ait : « Sicut « corporis vitam ex motu cognoscimus; ita et fidei « vitam ex operibus bonis. Itaque vita quidem corporis anima est, vita vero fidei est caritas, quia « per illam operatur, sicut in Apostolo legis; nam « ad Galatas, v, 6, inquit : *Fides quæ per charitatem operatur.* » Et ad Thimotheum, I, ii, 15, scribens fidem quæ dilectione conjungit dicens : *In fide et dilectione.* Demum vero mellifluous Doctor, in eodem sermone subjungit : « Refrigescente charitate fides « moritur, sicut anima recente, moritur corpus. » Apollissimum est enim illa S. Jacobi similitudo quæ fidem sine operibus idem esse dicit quod corpus sine anima. S. Augustinus querit : « Unde mors in corpore? quia non est ibi anima. Ergo anima « tue anima fides est. » Enimvero undenam in corpore animam esse dignoscimus? Ex operationibus vitalibus illius. Eodem modo, tunc de vita christiani hominis fide, certi esse possumus, si conformiter fidei operatur : *Sicut corpus sine spiritu mortuum est, ita et fides sine operibus mortua est,* dicit S. Jacobus, n. 26. Aretas in expositione hujus textus inquit : « Opera fidei confirmare dicuntur, quorum expers si sit, fides mortua est. » Cujus asserti hanc reddit rationem : « Nam neque homo mortuus homo est. » Tametsi enim homo aliquis mortuus oculis nostris idem esse videatur, qui ante fuit, attamen illum hominem esse dici nequit, cum sit cadaver. Eodem modo, licet in anima peccatoria fides aliqua remaneat, illa tamen nequaquam viva est, id est, non operatur conformiter illi quod credit, ac proinde est quasi non esset, nam fides sine operibus, mortua est. Observandum est autem, S. Jacobum non dicere quod fides sine operibus mortua est, sicut homo mortuus esse dicitur; nam homo mortuus realiter non est homo, cum tamen fides sine operibus realiter sit fides. Sed illam mortuam esse dicit, sicut corpus mortuum est; non dicit, sicut homo, quia sicut corpus, licet mortuum sit, verum tamen corpus est ob similitudinem exteriorum, tametsi non sit vivum, hoc enim ad animam pertinet: ita quoque, opera bona, non faciunt quod fides sit fides, bene tamen quod sit viva et vera fides, quia fidelis anima vitam spiritualem non a sola fide recipit, si haec cum bonis operibus conjuncta non

sit. Iterum dicit S. Jacobus, n. 14 : *Quid proderit, fratres mei si fidem quis dicat se habere opera autem non habeat? Numquid poterit fides salvare eum?* At « operum fulgor, » teste S. Cyrillo Alexandrino, *Epist. in Symb.*, « si expers videatur esse rectorum dogma tum, inculpateque fidei, humane animæ, nullo modo, utilis fuerit. Nam sicut fides absque operibus mortua est, ita quod et contrario converetur titur, verum est. » Adde hanc sententiam S. Augustini, l. XV, de *Trinitate* : « Fides quidem potest esse sola, sed non prodesset. »

b. — Jesus Christus notanter dicit : « Euntes renuntiate Joanni, quæ audistis et vidistis, » non plus nec minus quam audistis et vidistis: potuerunt enim Joannis discipuli, ob nimium in Magistrum sumum affectum, ne ejus auctoritatē prejudicare viderentur, aliqua reficiere opera Christi, que ipsius verum probarent esse Messiam. Unde, renuntiate quæ audistis, et vidistis, sine adulatio[n]is foco. Longe enim melius est a detractoribus corrigi, reprehendi et injurias pati, quam ab adulatoribus decipi. Praetereo S. Augustini ingenio spirituque apostolico ejusdem dignissimus est sermo ille quem dictus Doctor scribit, tract. x in *Joann.*, ubi haec ad propositum nostrum verba habet : « Nescio quis « odit inimicum suum et fingit illi amicitiam; videt « illum facere aliquid mali, laudat; vult eum esse « precipitem, cœcum ire per abrupta cupiditatum suarum, unde forte non redeat. » Hæc sunt ab adulatore proficentia prejudicia; jam vero fructus quoque audire placeat, quæ a reprehendente et corripiente nos in nos dimanant : « Alter, » inquit, « videt amicum suum tale aliud facere, « revocat; si illum non audiatur, objurgat, litigat, « profert verba castigationis. Ecce odiu blanditor, « charitas litigat. Noli attendere verba blandientis, « et quasi scutum objurgantis; venam inspice, « radicem unde procedat, quære; ille blanditor ut decipiat; iste litigat ut corrigit. Persecutio martyres efficit, adulatio autem facit apostatas, siquidem ipsius antichristi temporibus, multi per assertationes, in penitissimum erroris viam adducuntur. Infirmi ad procurandam sibi ab infirmitate convalescentiam, pro mihilo ducit si vulneribus et incisionibus sauciatur, aut palatum oris amaro potu affligatur; hoc enim mavult, quam iis quæ genio suo favent inescari. In *Proverbii*, xxxvi, 14, legitur : *Qui benedicit proximo suo voce grandi, de nocte consurgens, maledicenti similis erit.*

## VERSUS 5.

*Cœci evidenter, claudi ambulant, leprosi mandantur, surdi audiunt, mortui resurgent, pauperes evan gelizantur.*

1. — Ex textu S. Luce, vii, 21, expresse colligitur, miracula ista in presentia illorum duorum